

populi אָרֶשׁ כְּפָר.] Similem planè & sententiam A & verba reperimus *Jes. LV, 12.* montes & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnes arbores agri יִמְחַאֵי כְּפָר. Vide similem prosopop. *Psal. LXXVII, 17.* viderunt te aquæ, timuerunt: *Pf. XCVI, 11, 12.* latentur cœli, exultet ager &c.

## EXPLICATIO VERSUS IX.

*coram Domino :* ) scilicet cantabunt, ex vers. proximo: ) quia venit &c. totum hunc versum expendimus *Psal. XCVI, 13.* Tam primum, quām secundum Christi adventum intelligent *Belge, Menochius, Bellarminus, Theodoreetus.*

## USUS PRACTICUS E VERSU I.

[1] *De canto novo v. Pfal. XCVI, 1. conf. Apoc. V, 9. Gal. III, 10.*

[2] *De mirabilibus; ibid. Pf. XCVI, 3.*

[3] *Salvavit Messias prius semetipsum, sed ita, ut Salus ea fieret nostra.*

[4] *Divino hic opus robore, vel dextra atque brachio, ad superandum maledictum eternum inferniq; totius tyrannidem. Quod ipsum opus toti certo tamen ordine, tribuntur SS. Trinitati: v. Aëtor. XX, 28.*

*Joh. X, 30.*

[5] *Brachium hocce fuit sanctum, omnis expers violentie inique aut injusticie.*

## USUS E VERSU II.

(1) *Notificatio Salutis div. nil aliud, quam Evangelii promulgatio.*

(2) *Salus Dei salus nostra: Matth I, 21.*

(3) *Justitia Dei est, que coram Deo valet, ex fide in fidem, &c. Rom. I, 16.*

[4] *Revelatio in conspectu gentium, est evangelii promulgatio post adscensionem solennis per totum orbem.*

## USUS E VERSU III.

(1) *Recordatur Deus suæ gratiæ ac veritatis, quando promissa benignè adimpleret, v. g. Messiam mittendo salutem per eundem procurando, &c. Luc. I, 54. 68. conf. Jes. LIV, 10. Ezech. XVIII, 23.*

(2) *Recordemur & nos promissa in fædere baptismi fidei & obsequii.*

(3) *Salus Dei nostri non est alia, quam qua in Christo; Aëtor. IV, 12. X, 43. XV, 11.*

## PSALMI XCIX.

*Deus ecclesiæ præest.*

(4) *Salus ab Israele processit ad gentes: Act. XIII, 46. Joh. IV, 23. Rom. XI, 11, seqq.*

## USUS E VERSU IV.

(1) *Evangelium tristi mente accipiendum non est: clangendum, cantandum, psallendum, &c. vid. præc. II.*

(2) *Præcedit equidem fidem acerba cordis contritio, sed superatur eadem per Spiritus Sancti refectionem: Matth. XI, 28. 29. 2. Cor. VII, 9.*

(3) *Una erit Dei per orbem sub Messia ecclesia, tam ex Israelitis, quam gentilibus constans. Eph. II, 14. IV, 3.*

## USUS E VERSU V. &amp; VI.

(1) *De musica instrumentalis in L. de adiaphoritis.*

[2] *Nisi Deo simul cantetur voce perceptibili, pa- rum soni illi irrationalib[us] valebunt omnes. Conf. 1. Cor. XIV, 26. &c.*

(3) *Harmonia si desit inter instrumenta musica, boatum tediumque potius creabunt, quam refractionem. Sic si affectus non recte componantur, si fidei non respondeat charitas, spes, &c.*

## USUS E VERSU VII.

[1] *Mare cum quibusvis inibi contentis, nec non*

[2] *Terra cum suis incolis, (que sanè terra que admirandum sapientia dicitur sunt theatrum,) sono- ram.*

(3) *Debent edere professionem glorie divina, ad hanc tendere debent omnia: 1. Cor. X, 27.*

## USUS E VERSU VIII.

(1) *Fluminum magnus in natura est usus ac neces- sitas: iuuenque*

(2) *Montium.*

(3) *Competit his latitiae signa edere, b. e. homines ad illa edenda beneficis suis compellere. Hilaribus o- mnia apparent serena; omnia velent latari se- cum.*

## USUS E VERSU IX.

(1) *Lætandum in conspectu Domini; absque vanis sc. cordis carnalis motibus.*

(2) *De Judicio Pf. XCVI, 13.*

## DISPOSITIO.

*Sandus Dominus.*

(1) *Extollite Jehovahm Deum nostrum: (2) adorate ad scabellum pedum ipsius: ratio (a) ipse est sanctus: v. 5. (b) à Mose, Aharon ac Samuele pariter religiosè invocatus: quos (c) exaudiuit: v. 6. (d) allocutus insuper è columnâ nubis (e) communicans isdem statuta sua: v. 7. (f) condonans: (g) ulciscens: vers. 8.*

III. Conclusio, repetitō cultūs præstandi debito, v. 5.

## PSALMUS XCIX.

inde à *Psal. XCIII, 1.* tractatum, & quidem ob materiæ tum majestatem, tum svavitatem, tum salubritatem, quæ nunquam satis imbibit, nun-

F st. hic (I.) Dei elogium: (1) *Dominus Cherubinis insidens regnat: cuius con- nexum, populorum commotio, terræ mutatio: vers. 1.* (2) *magnus est in Zion:* (3) *excelsius super omnes populos: v. 2.* (4) *Celebre est nomen ejus, magnum, venerandum, san-ctum: v. 3.* (5) *Rex robustus amat judicium:* (6) *æquitatem stabilit: (7) judicium justum fecit in Jacob: v. 4.*  
II. Excitatio ad debitum Dei cultum:

EXPLICATIO VERSUS I.  
imperat: ) continuatur argumentum מֶלֶךְ